



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

136. Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit.

Ex eodem.

CXXXVI. Si laicus cum laica femina, Burchard. lib. 9. c. 68. id est, uterque absolutus à lege conjugij, tres annos pœniteat; & quanto sãpius & negligentius ea peccata commiserunt, tanto magis & tempus addatur & modus pœnitentiæ.

De conjugato qui sãpius fornicatus fuerit.

Ex Concilio Heliberitano.

CXXXVII. Si quis fidelis habens uxorem non semel sed sãpius fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quòd si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non illudere alios de communione pacis. Concil. Eliber. c. 47. Rhab. epist. ad Heribald. c. 22. Burchard. lib. 9. c. 67.

De eo qui lapsus semel est. *Ex eodem*

Concilio.

CXXXVIII. Si quis fortè habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit per quinquennium agere de ea re pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas observandum. Concil. Eliberit. c. 69.

Cur non communicant viri cum adulteris

uxoribus. *Ex epistola Innocentij*

Pape.

CXXXIX. Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum è contrà uxores in Decreta Innoc. I. c. 24. Rhab. epist. ad Heribald. c. 21.